

sepius hii conveniunt viri istic?' Ait vir uxori sue: 'In^a brevi videbis Vicentiam Paduanis coniunctam'. Explorator Canis de Scalla in hospitib^b divertebat domum, dum iret Paduam vel inde rediret. Cum hospita [cum^c hoc] usum veneris haberet, exploratori rem detegit, quam a viro audiverat. Explorator Vicentiam venit. Comperit^d virum, quem fidelem Cani credebat — hic particeps erat consiliorum^e urbis tradende —, rem auditam a muliere explorator exponit. At ille sibi timens persuadet exploratori, ut Paduam pergat et de rebus astute perquirat. Illo profecto Paduam, ipse confestim ad Canem properat, rem aperit, dicit se invitari a coniuratis aliis et oppus^f esse ei dare filium obsidem Paduanis, ut de promissis sit fides. Ortatur Canis, ut consilia^g prosequatur cum^h ceteris coniuratis, filium obsidem prebeat Paduanis, processum consiliorum reseret, premia magna promittit^f. Hic filium dat obsidem, consilia prosequitur. Cum instaret tempus rei perficiende, rem Cani notificat, qui tunc in agro Brixienti bellum inferebatⁱ. Canis paucis clam assumptis^f venit Veronam, Ugutionem de Fazola et equites secum ducit. Vicentiam prima vigilia noctis intrat occulte. Ea nocte Paduanorum magna manus pervenit Vicentiam. Burgus Berenge tradiditur^f eis. Canis rem spectat^k, dederat speculatori turris mandatum, ne vocem emitteret^f aut sonum campane daret eius iniussu. Cum die illucescente pars Paduanorum irrupisset, occurrit^f Canis cum suis, acris pugna conseritur^l; tandem Ugutione superveniente cum sua manu a Paduanis fuga comititur^m. Multi ex Paduanis pugnando ac fugiendoⁿ perempti sunt, plurimi capti, designati sunt numero circiter DCCCC. Dux eorum, qui venerat pro Paduanis, comes de Sancto Bonifatio, princeps exulum Verone, designatus est inermis; postquam cognitus est, honesto et sibi convenienti vestitu, etiam magnifico de novo vestitur a Cane atque tractatur^o honore. Erat plagis atritus^f, assignatus^f est honeste custodie, ac exhibita ei

a) 'taci et in puochi di tu vederai' Uebers., aber 'taci' ist wohl von dem Uebersetzer hinzugesetzt. b) 'pitis' mit anderer Tinte korrigiert. c) 'cum hoc' habe ich ergänzt, fehlt in der Hs.; vielleicht auch zu lesen: 'Cum is cum hospita'. d) 'et in quello luogo trovò uno' Uebers.; sollte 'Reperit' zu lesen sein? e) 'consiliorum' Hs. f) So Hs. g) 'consilia' Hs. hier. h) Folgt eine getilgte Silbe Hs. i) 'inferebat. Canis' Hs. k) 'aspectava' Uebers. sicher falsch. l) 'cūfitur' Hs. m) 'cōititur' Hs. n) 'fudiendo' Hs. Das Wort fehlt wieder in der Uebers. o) 'tractatus' Hs.